Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Disputatio medica inauguralis continens positiones quasdam de conceptu humano

https://hdl.handle.net/1874/342346

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
Continens poſitiones quaſdam
DE
CONCEPTU HUMANO,
QUAM,
DIVINA FAVENTE GRATIA,
Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,
D. M. JOANNIS LUYTS,
Philoſophiæ Doctoris, ejuſdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Profeſſoris Ordinarii,
NEC NON
Ampliſſimi Senatus Academici conſenſu, Nobiliſſimæque
Facultatis MEDICÆ Decreto,
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summiſque in MEDICINA honoribus & Privilegiis
ritè conſequendis,
Eruditorum Examini ſubjicit
THOMAS SMITH, M.A. Anglus.
Ad diem 20. Sept. horis locoque ſolitis.

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, cIɔ Iɔc LXXXVIII.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
CONCEPTU HUMANO.

POSITIO I.

PEr vaſa ſanguinea ad teſticulos muliebres non adfertur maſculinum ſemen, nec per poroſam uteri ſubſtantiam : ſed tubarum Fallop. ope, fæminarum ova in uterum maſculino ſemine ibi fœcundanda devolvuntur.

II.

Semen maſculinum ovulum ad ſeceſſum non urget; nec generatio in muliebri inchoatur teſticulo : multo minus perfecti conceptus ibidem formati ſunt.

III.

Semen maſculinum univerſi corporis vibratione in ipſum uteri fundum impetu quodam effertur, ubi mobiliſſimæ ac inſimul penetrantiſſimæ ſeminis particulæ orbiculatim quaſi in ovum impetum faciunt, poruloſque ejus quoquoverſum ſubeundo ipſum fæcundant.

IV.

Ova ab Ovario per nocturnas pollutiones, vel alia veneris ludibria in uterum devoluta, ſubventanea omnino ſunt.

V.

Teſticuli muliebris fibræ motrices non expellunt ovulum.

VI.

Semen maſculinum generoſiſſimum ſpiritibuſque turgidum, quandoque in oviductus ſeſe inſinuare ovulumque inibi præoccupare, & præter naturam fœcundare poteſt.

VII.

Ovula fæminarum nullam omnino conferre materiam ad Embryonis ſtamina nectenda, ſed illa ſingula ab unico virili ſpermate connecti. Negatur

VIII.

Ovorum aliquot vel in ovario, vel in anguſtiis proboſcidis uterinæ, vel in ipſo demum utero media quandoque crepant.

IX.

Ova immatura in nidulis ſuis arctiſſime includuntur, matura vero laxiſſime tenentur.

X.

Tubarum Fallop. fimbriæ muſculoſæ, ſanguine ſpiritibuſque venereis turgidæ complexu ſuo ac compreſſu, vigente venere, aliquod, ex ovariis in fauces ſuas ovulum detrudunt.

XI.

Protinus ac in uteri fundum ovum aliquod depoſitum eſt, & maſculinum inſimul ſemen in idem uteri fundum ejaculatum, totus uterus contrahitur atque conglobatur; in qua contractione atque conglobatione, ſuam cervicem internam, ſuaque pariter oviductûs oſtia duo, tam arcte claudit ut cuſpidem acus ne quidem admitteret.

XII.

Animalia cuncta generantur ex ovo.

XIII.

Ergo diſtinctio inter ovipara & vivipara male applicatur.

XIV.

Humor genitalium muliebrium non eſt ſemen.

X V.

Quædam animalia poſt caſtrationem adhuc generare poſſunt.

X V I.

Tunicæ ante Fætum exiſtunt.

X V I I.

Fætus nutritur etiam per os.

X V I I I.

Humor amnii non eſt excrementitius, ſed nutritius & excrementitius ſimul.

X I X.

Oſſa pubis in partu non divelluntur.

ADDI-

ADDITAMENTA.

I.

Animalium vitalitas eſt ex aëre.

II.

Animalia omnia in fluido determinato degunt.

III.

Aëris partes inſpiratæ cum activis fluidi noſtri particulis conſtituunt ſpiritus animales.

IV.

Humor ventriculi non eſt Acidus, ſed ſalſus.

V.

Chylificatio etiam inteſtinis competit.

VI.

Pulmones in Reſpiratione potius paſſive quam active ſe habent.

VII.

Sanitas in legitima partium ſolidarum constructione, & debita fluidi noſtri mixtura & motu conſiſtit.

VIII.

Ductu Thoracico obturato, vel rupto, homo ut moriatur neceſſum eſt.

IX.

Arterias cum venis communicationem habere, quotidie corpora inſpicienti obvium eſt.

X. *Nul-*

X.

Nullum agnoſcimus periculum a chymicalibus rite præparatis, opportuno tempore præſcriptis & juſtâ doſi exhibitis.

X I.

In omnibus fere morbis non minima ventriculi & primarum viarum habenda eſt ratio.

X I I.

Praxis & Theoria Medica vera, ſolis nititur Experimentis rationalibus.

X I I I.

Plurima igitur ex inſtitutionibus ſcholaſticis ſunt eliminanda.

FINIS.